

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. V. Quænam jejunii emolumenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](#)

fobrios odit & fugit dæmon, non catillones, non comedtores, non gulae proceres, non edones & bibones. Vitellius, ut supra demonstratum, in imperio Romano turbas & mala magna moliturus ferebatur. Has formidines ut vanas Galba spernēs: Quid Vitellius, ait, helluo, & patinarius miles moverit? Ventri deditus est; ideo timendus non est. Nec certè dæmon popinones & abdomini natos formidat, sed famelicos, abstinentes, jejunos. Non timeo Craftos, sed Flaccos, ait Tullius. Bene est diabolo, ubi multum madidi luti est. Nimurum porcus in luto sicco non suavit volutatur.

5. Sæsum jejuniæ fructus. *Sensuum omnium tam exteriōrum, quam interiorum serenatio.* Qui recte precari, legere, meditari, aliud quid attente cupit facere, cibo non oppletus, febris sit. Quo fenu Chryostomus: *Iejunium;* inquit, animæ nostræ alimento est, leves ei penas producit, ut in sublīme feratur. Idecirco Ecclesia in eos dies jejuna decrevit, quibus Christianam pietatem ardentius & prolixius vult orare.

Stanislaus Hosius Senator purpuratus omnes esuriæ ferias ab Ecclesiæ dictas accuratissimè observavit. Iamque adulæ senectus principes persuaderi tam non potuit, ut de jejuniis tam feveris quidquam remitteret. Is namque suorum festivæ ac hilariter: Nescitis, inquit, quid me sollicitet; pervellem diu vivere. Nec enim legem ignoratis: Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longævus super terram. In celo pater est, in terra mater Ecclesia. Pater & mater volunt, ut jejunem, quod melius orationi vacem. Non obsequar his parentibus? Abite, nil muto.

Ad omnes functiones, præfertim spiritus, optima præparatio jejuniū. Thomas Aquinas quandocumque in sacris paginis sententiam obscuriorē in luce non valuit ponere, ad preces & ad jejuniū se verit, ut sibi facilem interpretationem dicti obtineret. Obtinuit. Abstinētia serenat sensus & intelligentiam, hominēmque ad omnia munia facit expeditum.

6. Noxarū abolitio. Sextus Iejuniū fructus, Noxarum abolitio. Tam Niniuitæ quām rex Achabūs grandia apud Deum nomina contraxerunt, debitores fanè magni. Verū submissio ac lugubri jejuniū propitiārunt sibi Numen, & ære alieno tam immortali exierunt, recepti in gratiam. Ita Hebræi Iuditæ ac Estheris ævo offensissimū peccatis Deum, jejuniū denudū placarunt. Eam ob cauſam Basilii nihil veritus est dicere: *Penitentia sine jejuno otiosa & infrugifera est, per jejuniū fatis sacro Deo.* Basilii verba confirmans Ambrosius: *Iejunium,* inquit, *culpe mors, & remedium salutis.* Eiusdem prorsus animi Hieronymus: *Sacus & jejunium,* inquit, *arma sunt penitentiae, auxilia peccatorum.* Omnim Patrum sententia confirmatissimè proponens Augustinus: *Nemo, inquit, pro laude humana, sed pro indulgentia jejunet.*

Iejunium & noxarum & flagitorum spongia. Et quanta, mi Deus, per annum peccamus? Nos enim velut temerarii symposiastæ tabernam occupamus, & pergræcamur, dum etiam animum in flagitiosam hanc compotationem infumamus. Tandem adest hospes & unumquemque ordine compellans: Heus compotor, inquit, solve symbolam, solve, solve. Tot nomina contraxisti noxis: en tabulam nigram debitorum ac noxarum indicem; solve symbolam, & redde quod debes. Ora & vigila, ora & jejuna: penitentia sine jejuno infrugifera. Iejunium deletio peccatorum.

7. Penarū

qua pec-
catis de-
bentur re-
missio.
Matth. c. 3.
v. 7, 8, & 9.

Septimus Iejuniū fructus, Panarum, que peccatis debentur, remissio. Ioannes Christi prodromus Pharisæos ad se confluentes in amoenis planè titulis salutans: *Progenies viperarum,* inquit, *qui demonstravit vobis*

A fugere à venturâ irâ. Facite ergo fructum dignum penitentie. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Non solum penitentia fructus exigit, sed dignos. Inter hos maximè semper habitem est jejuniū, fructus penitentie dignissimus. Rex Achab flagitorum penitens, *opuluit cilicio carnem suam, jejunavitque, & dormivit in saco.* Eniçmum cilicio & sacco vestitum, dignum penitentie fructum.

Quid, quæso, afflictiones omnigenæ, quid quotidiane sunt miseriae, nisi ut plurimum peccati poena? Cùm igitur quotidie delinquamus, & æs alienum peccati grande conflexus & ipsam debeamus animam, Deus perduce ipse sibi solutionem expediri. Hinc afflictio ubique plurima. Parentibus moritur filiolus charissimus, filius mortuuntur parentes; huic eripitur pecunia, huic honor, huic valerudo, huic vita. Quid, oro, hac sunt omnia nisi peccati stipenda? Quotidie peccamus, quotidie punimur. Sed enim haec supplicia suaviter prevertere licet voluntario jejuniū.

Dic mihi, mi Lector, num malis die integrō tor-
quent flâmis, aut annis quinquaginta jejunare? Theo-
logus hujus ævi assertit jejuniū vel ideo maxima facili-
ciendum, si vel unicum diem subtrahat futuri in igni-
bus supplicii. Et cauſam adjungens: Illorum, inquit,
in orbe altero cruciatum poena, quæ uno die persol-
vit longè major est quam tolerantia jejuniū centum
annorum. Cunctarē haec dicere, nisi sequeret praec-
euentem publicis scriptis. Iejunium solvit poenas pec-
catis debitas.

Octavus Iejuniū fructus, *Beneficiorum impetratio.* An-
na per jejuniū Samuelem filium, Sara per jejuniū cindit
impetravist caco dæmonis fugam. Oravit & jejunavit petens
Sara, & tam ipsa quam omnis ejus domus à diabolo
libertatem plenissimam, asylum gratissimum obti-
nuit. Iam supra docuimus impetrandi compendium, *Salvagio*
C Qui seriò vult petere, & certo cupit obtinere quod dia-
petit, holocausto Deum sibi devinciat, hoc est, ani-
mum, corpus, & bona exteriora suis votis impedit.
Animus oratio, & corpus jejuniū, crumenæ pecu-
nianæ expediatur, & suis confababit partibus holoca-
ustum. Ita homo se totum impedit, ita facilem exorabit Deum, dat namque ex omni eo, quod est, &
quod habet. Exempli gratiâ, triduo jejunat, sex diebus
preces perpetuat, novem florenos in egentes ero-
gat. Præclarum holocaustum, & ad impetrandum
aptissimum. Revera quotiescumque tam in prisca
quam novâ lege arduum quid & grave à Deo peten-
dum erat, toties ea petitio initium faciebat à jejuniū.
Idem Ecclesiastica docet historia. Ita Imperatores
augustissimi Othones, Caroli, Zenones fecerunt. Deus
vult totum hominem sibi supplicem prosterne. Suos
ad hoc ipsum impigre hortatus Chryostomus: *Iejuna, inquit, quia peccasti; jejuna, ut non pecces; jejuna, ut accipias;* *jejuna ut permaneant, que accipisti. Beneficio-*
rum potens est impetratio jejuniū.

Nonus Iejuniū fructus, *Tam grata ac meritorum quam gloriae insignis accessio.* Summi promerit est jejuniū & tia ac-
abstinentia, quia hic sèpè difficultissima victoria. Ad alia ritorna
debellantia via recte suadet fuge. Abi, recede, fu-
ge dilecte mi, fuge. Vis impuros Veneris ignes vice-
rei Suffragia, periculosa confortia fuga. Luxuriam celo-
vici, qui fugit. Vis vincere superbiā? Fuge pom-
pam; honores te ambiant, non tu iplos. Vis vincere
avaritiam? Fuge, quantum potes, pecuniam; uxori
familiam commite. Vis vincere gulam? Solâ fuga
non obtinetur palma. Quotidie scemel iterumque in
conspicuum hostis venientium est; cibus ac potus
quotidie tractandus. Et hoc difficulter reddit victori-
am. Tantò autem gloriosior triumphus, tantòq; erit
nobilior corona, quam difficilior præcesserit lucta;
Major labor, majus promeritum. Hinc plerunque
fortior

fortior est, qui gulam expugnat, quam qui crumenam. Quod vel inde liquet: Dives si avarus non sit, sumpem, quam erogat, non sentit; ab oratione quam fundit, aliquid suavitatis haerit, nec etiam sentit lucrosas vigilias; sed certè sentit famelicum jejuniū. Idcirco illud majoris est promeriti, quia molimini ac toleranties severioris. Atqui scimus gratiam & gloriam pari passu progrebi: quantum enim hic magis increscit gratia, tanto magis illic augetur gloria. Præsentem multiplicas gratiam? futuram amplificasti gloriam. De hoc Augustinus tam eruditè quam succinctè disserens: *jejuniū, inquit, remedium est aut præmitum, hoc est, aut indulgentiam peccatorum, aut premium celestis regni acquirit. Gratiam & gloriam promeretur.*

Christus de præmio verba faciens: Tu autem, inquit, cum jejunias, ingle caput tuum, &c. & pater tuus, qui videt in abscondebit, redet tibi. Eni jejunii merces. Idcirco Basilius ad gratiam & gloriam ampliorem promerentur, exhortans. Angeli sunt, ait, qui in singulis Ecclesiis scribunt ac recensent capita jejunantium. Vide, ne ob brevem edendi voluptatem præveris Angeli recensione, & te ipsum apud eum, qui recensuit exercitum, obnoxium facias desertoriis criminis. Beati qui nunc esuriantur.

CAPUT VI.

Quantum à jejunii prisorum differant nostra; jejunium quomodo sanctificandum.

*V*s s v divino Ioel ferias esuriales promulgant. Sanctificate, inquit, jejunium, vocate cotum, congrega-
tione omnes habitatores terre in dominum Dei vestri, & clausate ad Dominum. Volut nimur Deus non jejunium
tum sed jejunium etiam sanctificari. Hujus præconium fecit propheta (*sanctificate jejunium*) ut omnibus
Dei voluntas innotesceret.

Iulianus Imperator, licet Christi sacræ renuntiavit, animo tamen Christianas temperantias scintillas eluit; nam eunuchos, tonsores, cocos ab aula exturbavit. Et caussam adjungens: Eunuchis, inquit, mihi non amplius est opus, conjugi jam mortuam. Unicus confor pluribus sufficiet. Cum nulla palato arrideant bellaria, cocorum turba non desidero. Hic aliquid erat jejunii, sed jejunii non sanctificati.

De jejunio sanctificato differens Gregorius: Illud in Etiā, jejunium, inquit, Deus approbat quod ad ejus oculos manus eleemosynarum levat, quod cum proximi dilectione agitur, quod pietate conditur. Ut ergo verum sit jejunium, sit sanctificatum. Quomodo autem sanctificandum sit, dicemus. Prius tamen exponendum, quantum à prisca jejuniorum ritu recesserimus.

§. I.

Dicerimmo. Primum discrimen inter superioris ævi & nostrum, inter merito inter jejunium. Majores nostri die Mercurii, Veneris, Superioris & in Occidente etiam sabbato, non tantum carnibus, sed & no-abstinuerunt, sed vere jejunavunt, idque quavis hebdomade tuto anno. Quādā facilis nos lege vivimus, solo Veneris & sabbati die a carnis temperamus! Origines in Priscæ consuetudinis testis Origenes: Habemus, inquit, Lxx. 10. quartam & sextam septimanam diem, quibus solemiter ex more veteri jejunamus. Vestigium tam prisci moris in cœnobii remanit. Olim in Quadragesimâ, præsertim in hebdomade sanctâ, longè strictior servabatur abstinentia, quam hujus ævi admittat licentia. Olim etiam Adventus Domini quotidians jejunii celebrabatur.

2. Dicrimmo. Iejunii veteres jungabant vigilias; nam noctu ad precandum in templo convenerunt. Chrysostomus locuples testis: Ecclesia Dei, ait, media noctib[us] surge & tu, Romanus Antistes Leo jejunia quatuor Tom. II.

A temporum concionibus frequentans: Quartâ igitur, in- *Leo ferm. 2.*
quis, & sextâ feriâ jejunemus, sabbato autem apud beatum Petrum Apostolum pariter vigilemus. Nō totò jam anno, *decimi. mē.*
una solum alterave nocte Nascentis & Resurgentis Domini aliquantulum vigilamus. Heu quam profici-*sis & c. ll.*
cimus! Crebre quidem sunt apud nos per vigilatio-
nes nocturnæ, fed ad pocula, fed ad choreas, ad abacum lusorium & ad teleras. Ceterum jejunia rara, vigilæ nullæ.

3. Majores nostri jejunarunt p[ro]p[ter]e integro die usque ad horam vespertinam tertiam, imò temporibus primis usque ad sextam sub crepusculo ad primam faciem, præsertim quadraginta diebus verni etiū. Sunt profectò etiamnum inter Christianos tam in cenobiis quibusdam, quam in domibus profanis, qui priscum jejunandum ritum imitantur. Mos autem usitatus hoc anno nullissimus est, sub meridiem circa undecimam horam, aut duodecimam cibos sumere. Quod quidem re ipsa prandium, solo nomine cœsa est.

4. Majores nostri semel dumtaxat de die curarunt se cibo, idque supra modum sobrie. Temperata fuerunt eorum modicæque portiones. Nonnullorum hodie laitor est refectiuncula, quam illorum fuerit unica cena. Nos prandium plenum accumbimus, vespere, si quid prandio deceperit, compensamus. Quādā autem hoc tolerabile, nihil hic conqueri, legis severitas ne uitium accusare possumus. Nec refert si quam vespere, vel manè sentiamus esuriem; sine his impenitentia hæc sacra non constat: tanto enim major est vel plebeii prandii voluntas, quanto moderatior vel nulla præcesserit cena.

5. Majores nostri non carnis solum, sed & laetæ, ovis, caeo, imò etiam pisibus, omni aromate, vino, aqua mulsâ, omniq[ue] potu, qui ebrium reddit, abstinuerunt. Edulia illorum erant herbae & olera, cicer & lenticula, panis, sal, & aqua. Hoc omne fuit choragium mensæ. Chrysostomus frugalitatis hujus è cathedrâ mentionem faciens: *Quæ utilitas, inquit, cum avibus quidem & pisibus abstineamus, fratres vero mordeamus, & comedamus?* Eodem sensu dixit Basilius: Carnes Basili. ho. 2.
non edis a vino abstineas? sed ab injuria tibi non temperas. de jejunio.
Ergo jejunantes tam pisibus quam vino catere voluerunt?
Nos neutrō caremus cum jejunamus, nisi paupertas id nobis persuadeat.

6. Majores nostri nullos vel certè paucissimos à jejunio legibus solerant. Nunc plurimis datur exce-
ption, & legis fit gratia, quam vel petunt, vel extor-
quent. De sui ævi jejunio Basilius: *Omnes pariter, in-* *Basili. ho. 2.*
quit, audiū edictum, Ne quis igitur semet excludat à numero jejunantium, in quo omne hominum genus, omnis etatis, omnes dignitatum forme censeretur.

Tam rigidam prisorum abstinientiam considerantes, non sine ratione dicimus: Olim seria erant jejunia, nostra nunc jocus & ludus, umbra sunt jejunii. Sileamus ergo, & contenti nostris legibus vivamus, sed & hoc agamus, ut, quod abstinentia deest, orationibus & elemosynis sarciamus. Eam ob caussam vociferatur Ioel: *Sanctificate jejunium.* Inediâ corpus Ioe. c. 1.
affligere, famem perferre solâ confutudine, modicâ religione, pauperis oblivisci, injurias recoquere, jejunium est, sed non sanctificatum. Et istud hujus capituli pars altera est.

§. II.

P[er] Et Zachariam Deus olim queritur: *Cum jejunaretis Zach. c. 7.*
& plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta v. 5.
annos, numquid jejunium jejunatus mibi? Non placet Deo jejunium nisi sanctificatum. Paulus & Barnabas cete-*Autor. c. 14.*
riique Christiani orant cum jejunatoribus. Anna pro-*v. 22.*
phetis obsecrationibus & jejunii servit die ac nocte. San-*Luc. c. 2.*
ctificandum est jejunium. Nam qui cibis, ait Isidorus super *v. 37.*
Iohannes Amos.